Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

qui a nemo · ee · potest continens · nisi ds d& · Ista autem de spi
ritalibus diuitiis in quib: est utiq: & iam ipsa luminosa & speci
osa continentia · Non ait inte & exte ee possunt · sed ait ·
nisi exte & inte · ee · possunt · Ut quemammodum non ei sunt ·
alibi nisi in illa · sic ei non aliunde · nisi ex illa · ee · posse cre
dantur · Et ob hoc quod miseratur dns · a corde eius auertat ·
sic glori&ur quasi non acceperit · Et nos quidem de scae uirgi
nis disciplina & humilitate xpiana · in qua nutrita & educa
ta est · hoc existimamus · quod illa uerba cum leger& · si tamen
legit ingemuit · & pectus humiliter tundit · ac fortassis & fleuit ·
dnoq: cui dicata & a quo scificata · ē · fidenter orauit · Ut quomodo
illa non sunt uerba ipsius sed alterius · ita non sit talis & fides
eius quasi aliquid habere credat · de quo in se non in dno glori&ur ·
Nam gloria quidem eius in ipsa · ē · non in uerbis alienis · Sicut
apostolus dicit · Opus autē suum pb& unusquisq: · & tunc in se
m&ipso habebit gloriā & non in altero · Sed absit ut gloria sua
ipsa sit · & non ille cui dicitur · Gloria mea · & exaltans caput
meum · Ita quippe · ē · in ea salubriter gloria eius · cum ds qui
in illa · ē · ipsa · ē · gloria eius · A quo hab& omnia bona quib: est
bona · & habebit omnia quib: melior erit · In quantum in hac
uita melior · ee · poterit · & quib: pfecta erit · quando fuerit
diuina gratia non humana laude pfecta · In dno enim lauda
bitur anima eius · qui satiauit in bonis desiderium eius ·
Quia & hoc desiderium ipse inspirauit ne uirgo eius sic in aliquo
bono glori&ur · quasi non acceperit · de hoc ergo eius affectu ·
utrum non fallamur · inde nos fac potius rescribendo certiores ·
Nam illud optime nouimus · cum omnib: uris cultores suos ee ·
& fuisse indiuiduę trinitatis · sed non hinc solum error hu
manus obrepit · ut aliquid secus sentiatur de indiuidua trini
tate · Sunt enim & alia in quib: periciosissime erratur ·